

que in terra non inquit. tunc cogitare cepit. quid de spirita
 libus amasit. Pauperes ergo et debiles. cecis. et claudi. uocantur et ue
 nunt. Quia infirmi quique atque in hoc mundo despecti. plerumque tanto
 celerius uocem dei audiunt. quanto et in hoc mundo non habent.
 ubi delectentur. Quod bene amalechitarum puer ille. egyptius designat.
 quia malechitis predicantibus atque currentibus. eger remansit in inua.
 fame. siti. et aruit. Quae tamen dauid inuenit. ei cibum. potumque prebuit.
 Qui illico conualescens. dux dauid factus est. conuiuantes amale
 chitas repperit. et eos qui se debiles reliquerant. cum magna for
 tudine profirmauit. Amalechita quippe. populus lambiens uocatur.
 Et quid plambientem populum. nisi mentes secularium designantur.
 que terrena cuncta ambiendo. quasi lambunt. dum solis tempora
 libi delectantur. Quasi enim populus lambiens predam facit. dum terrena
 diligentes. lucra de alienis dampnis exaggerant. Sed puer. egypt
 ius eger in inua relinquitur. quia peccator. quisque dum infirmari
 ab huius mundi statu cepit. mox secularibus mentibus in despec
 tum uenit. Quae tamen dauid auenit. ei cibum et potum prebuit. quia
 manu fortis domini. abiecta mundi non despicit. et plerumque eos qui
 sequi mundum minime ualentes. quia in inua remanent. ad amorem
 sui gratiam conuertit. Et sicque uerbis sui cibum et potum porrigit. et quasi
 duces sibi in inua elegit dum suos etiam predicatores facit. Dum enim christum
 peccatorum cordibus inferunt. quasi dauid super hostes ducunt.
 Qui conuiuantes amalechitas. uelut dauid gladio ferunt. quia
 superbos quosque qui in mundo despexerant. domini uirtute. pro
 sternunt. Puer ergo egyptius. qui in inua remanserat. amale
 chitas interfecit. quia plerumque ipsi mentes secularium predicando
 superant. qui prius secularibus in hunc mundum currere. non
 ualebant. Sed deductis ad cenam pauperibus. quid puer sub iungat
 audiamus. Domine. factum est quod imperasti. et adhuc locus est. Multi
 tales ad cenam dominicam ex iudea collecti sunt. sed multitudo
 que ex israelitico populo credidit. locum superum conuiuii non im
 pleuit. Intrauit iam frequentiam iudeorum. sed adhuc locus uacat
 in regno. ubi suscipi debeat numerositas gentium. Unde et eide

V. 580



Fragm. lat. 140

